Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0002-2

219

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0003-7

IN OBITUM
PRÆ-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ATQUE PRUDENTISSIMI DOMINI, DOMINI
HENRICI NEUHAUSII,
CIVITATIS ALTONAVIENSIS CONSULIS MERITISSIMI, AD EJUS GENERUM, VIRUM NOBILISSIMUM, HONORATISSIMUM, ATQUE SPECTATISSIMUM DOMINUM, DOMINUM
JOHANNEM DANIELEM Bauer,
CIVEM ET MERCATOREM IBIDEM FLORENTISSIMUM,
QUUM
BEATÆ MEMORIÆ CONSULIS EXUVIÆ TEMPLO SOLEMNI CHRISTIANORUM POMPA ILLATÆ FUISSENT DIE IX. DECEMBRIS
ANNO CHRISTI,
CIↃIↃCCXXXIV.

* * *

Te quoque NEUHAUSI, patriæ venerabile nomen,
Mors rapit, egregiis inſidioſa Viris?
Dignus eras vitam plures producere in annos,
Dignus eras fato proſperiore frui.
Te morum gravitas, te magna peritia rerum,
Formarunt Charites, dexteritasque Virum.
Inſperatus obis, cœleſti ſede receptus,
Eque domo migras ad nova tecta poli.
Occumbis Conſul, famæ memorabile pignus,
Culmen egenorum, gentis & umbo tuæ.
Inde Patrem Cives plorant, flet Curia fulcrum,
Conſulis interitum templa fidesque gemunt.
Mœſta Domus vel fracta jacet, viduata Marito
Conjux cum Gnatis triſtia damna dolet.
Ipſe probus Frater Fratrem ſuſpirat ademptum,
Qui cives parili mente juvare ſolet.
Longius atque GENER SOCERUM vixiſſe peroptat,
Quique novam fulcit poſteritate Domum.

At Vos, quos tetigit juſto jactura dolore,
Sub veſtro nuper Conſule tuta cohors,
Ne veſtri, ne flete nimis pia buſta Parentis,
In fato tectum repperit ille poli.
Non dolor aut fletus movet illuctabile fatum,
Quod pateris, Duce fit Numine, docte Gener.
Vita perennis humi nulli datur, omnibus uſu:
Qua reddat vitam, ſtat ſua cuique dies.
Tranſtulit in cœlos Socerum ſacer Angelus; ille
Flore vigens Jeſſæ non pereunte ſacri.
Scis miſero quid in orbe diu ſit vivere: nempe
Crux mera: quum ſit ibi, lux ubi clara, Socer.
Quid? quod & in gelida corpus requieſcit arena,
Sumpturum vitæ mox decus omne novæ:
Perpetuoque umbrae ſociandum fœdere ſanctæ;
Cum tuba Olympiaca reddet ab arce ſonum.
Quæ thalamis inducta tuis eſt caſta Marita,
Filia, ceu Pater hanc, ceu Vir amare velis.

* * *

Ak

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0004-3

78 M 404

ULB Halle 3
002 188 724

TA-70L

VD17 22

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0008-5

IN OBIT

PRÆ-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ATQU

DOMINI

RICI NE

CIVITATIS ALTONAVIENSIS CO

AD EJUS GE

VIRU

M, HONORATISSIMUM, ATQU

DOMINU

ANNEM D

Baue

CIVEM ET MERCATOREM IBIDEM

QUUM

MORIÆ CONSULIS EXUVIÆ TEMPLO

ILLATÆ FUISSENT DIE IX.

ANNO CHRIST

CIↃIↃCCXX

* * * * * *

e NEUHAUSI, patriæ venerabile nomen,

Mors rapit, egregiis inſidioſa Viris?

At V

Ne

No

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-327670-p0009-4